laere, Inscriptioni huic satis facere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq' ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate successoria, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta de eacitorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Evictationem vltra proximos Officij praesentis Castren Capitan Praemyslien Terminus Dilationem sibi non recipiendo, nullasq' motiones appellationes, ac causa prosecutione faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis eucasionibus, suspensionibus, fatalij Iuris, praescriptione terrestri bello (...) venitioneq', ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis, non subterfugiendo, nec modo aliquouis evadendo, Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria secunda ante Festum Sancti Andreae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Secundo

28

Ratynski Regens Cancellariae Castri Praemyslien. Fratri Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Praemyslien Generosus Casimirus Michael Ratynski Regens Cancellariae Castren Praemyslien, Sanus mente et Corpore existens à Terris Districtibus, Iuribus, Iuris dominibusq' Suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum Successionibus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq' subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto videlicet de summis binis, vnaquaq' mille florenorum polonicalium, per olim Generosum Euan de Kosow olim Gnosi Andreas Prodzki Camerarij Terrestri

273

2150

Terrestris Drohicen. Consortem Matrem, item Gnosos Stanislaum et Albertum Gradzkie filios, Gnoso Georgio Hornowski contracte certo Actis autenticis Regni Roborato in Vim Dotis post Gnosam Helenam Gradzka eiusd. Gnosi Georgij Hornowski Consortem eam de bonis paternis et maternis concernen. de soluend. assecurata. Altera vero Quadringentorum florenorum Polonicalium in Vim restitutionis dotis post eundem Gnosum Hornowski itidem per eandem olim Gnosam Evam Uszowska Gnosi olim Ambrosii Gradzki Camerarij Terrestris Drohicen. Consortem eidem Gnoso Georgio Hornowski coram Actis Castren. Drohicen. inscripta et ad soluendum assecuratam per eundem Gnosum Hornowski sibi Recognoscenti transfusa, nec non de eisd. tam obligationum quam Debitorum ad Inscriptionibus praenominatis, sani-tionis, et toto ac integro eodem ratione restitutionis mundi muliebris pro-cessu, cum omni praemissorum Iure proprietate, competentiaque et praerogativa qua-cis, Omnibusque et singulis Inscriptionum praedictarum tam Roborationum quam Debitorum ac Processus Iudiciarij Iuris pertinentibus cessis conditionibus, punctis clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus generaliter universis, cum omnium quoque memoratarum utrarumque utilitatibus fructibus, commodis, emo-lumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis, ni-hil ex praemissis Iuris, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogati-vae pro se Recognoscente suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praefata omnia et singula ipsiusmet Recognoscen. concernebant, ac eidem legitime serviebant, ita mox et de facto Gnoso Stanislao Rayski fratri suo germano et ipsius posteris cessit et conde-scendit, prout cedit et condescendit praesentibus. Omneque et integrum Iu-ris sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Rayski fra-tris Cessionarij sui et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit, et incorporavit. prout transfert transfundit et incorporat prae-sentibus. Per ipsum Gnosum Stanislaum Rayski fratrem Cessionarium suum et ipsius Successores hoc idem Ius praesens Cessum summasque suprascriptas utrasque praesentibus per se Recognoscentem alteratas cum universis ipsarum uti-litatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quauis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, summas praefatas utrasque per se Recognoscentem transfusas tollendi, levandi et percipiendi, de levatis et perceptis quietandi, pro eisdemque si non fuerint persolutae Iure agendi,

Procedendi

Processum eundem Iudiciarium continuandi, et ad debitum Executionis finem perducendi, praemissaq omnia tanquam sua propria ad suos et suorum Successorum quorumvis beneplacitos usufructus, libere, et effectualiter convertendi Iuris praefati originalis, ea omnia latius in se complectens praesenti q[uo]d cessi et transfusi vigore.

Feria Quinta in Crastino Festi Sancti Andreae Apostoli Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo

Ratynscy inter se Roborant.

XII

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Generosi Casimirus Ratynski Cancellarius Castri Praemyslien[sis] Regens ab una, et Stanislaus Ratynski fratres inter se germani parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri, ac posteris utriusq partis, se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Praemysliae die hesterna in actu contenta confectam et conscriptam, manibus suis Recognoscentium proprijs ab utrinq subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadolizamentis, ac nexibus generaliter universis, firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eius contentis, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo, idq sub vadio summae Mille florenorum polonicalium ₰ partem Parti cum successoribus utriusq partis ob non completionem con

1274

2152